



Hæc nobis si læta

Quū sacra cæli

Quū phocas don

Dīs pulsis: tem

Est Ianus uictus :

Neptunus trist

Et sælecti omnes: C

Cumq; cohort

In quorū sedes hor

Successit: cœli c

Quiue choros uac

Quiq; hominu

At nunc festa mag

Gentibus & cur

Quæ te pontificem

Purpureo e cœt

Oraclo uocis mun

Et merito in terr

Te nemo superat f

Relligione gra

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

158



158

IN DIVI IVLII. II.
PONT. MAX. AN-
NVA CORONATI
ONIS CELEBRITA
TE.
AVRELII SERENI
MONOPOLITANI
ELEGIA.

Hæc nobis si læta dies : si magna refulsit :
Quū sacra cælitibus rite dicata fuit.
Quū phocas dono : falsus quos ididit error
Diis pulsis : templū pantheon ipse ded. t.
Est Ianus uictus : Saturnus : Iuppiter : & Mars
Neptunus tristis : Liber : Apollo silet.
Et sælecti omnes : Orcus : Proserpina : Tellus
Cumq; cohorte sua : Iuno : Diana : Venus.
In quorū sedes hominum sator atq; redēptor
Successit : coeli qui patefecit iter.
Quiue choros uacuos sancta cuz gente repleuit
Quiq; hominum tersit crimina cuncta nece.
At nunc festa magis : lux & iucundior urbi :
Gentibus & cunctis prima Nouembris eat.
Quæ te pontificem statuit sanctissime Iuli
Purpureo e coetu dignus ut ipse fores.
Oraclo uocis mundi moderaris habenas :
Et merito in terris diceris esse deus.
Te nemo superat sancta pietate : fideq; :
Relligione graui : moribus atq; probis

Tu reuocas leges: & prisca scita solonis:
A stream / & populis oia pacis amas.
Te duce magnanimo pacatum cernimus orbem.
Et fugiunt lites: bella abeuntq; procul.
Quos lupus æuganeus raptos subduxerat agnos
Ecclesiæ tutos sub ditione tenes.
Qui ue simul densa pascunt In ualle Rhauena.
Et quos bentiuoli præda tenebat iers
Vnus erit tum pastor & unum fiet ouile:
Quod dixit uerum magnus Apollo liquet
Quamquam fuerat maius nunc surgere petri
Templum: & prætorum tecta superba Iubes
Sæcula iam sæclis cedant: Capitolia quodam
Mirati fuerat nunc noua cuncta placet.
In uaticano læti molimina rerum
Spectamus: stabunt quæ monumenta diu.
Tanta tibi est animi probitas: quæ Iulius alter.
Inter pontifices nemo repertus adhuc.
Nullus adhuc fuerat tanto iam noie dignus:
Tu solus Iuli diue secundus ades.
Ante igitur mundo tellus alimenta negabit:
Quæ uina et fruges & bona cuncta creat.
Ante reuoluet equos phœbus perdeuia cœli:
Ante carere queat piscibus unda maris.
Inferiora prius tanget uis ignea terræ:
Et poli summo sydera cuncta cadent.
Quam sumos linquas magnus tu pastor honores
Quam mentis perdas robur & omne decus.
Qui miti ingenio maiora negotia solus.

159

Tractas/ & semper nō nisi sūma petis.
Vt Christi seruare uices nauēq; tueri
Cōmissam possis/ nō decor ullus abest.
Et tua maiestas cūcta hęc mortalia temnit/
Scit sceptrum & uirgam nobilitare suam.
Nimiruz Romę manet augustissima quercus:
Quę rutilās uiridi fronde beata nitet.
Effundit plenos quę fecundissima ramos:
Et pascit Ciues uberiore cibo.
Defendat quercum non Iupiter amplius ipsam
Maiori siquidem nunc iu honore patet.
Sub Iouis alterius: qui nunc præstātor extat
Sacra glande bonus uiuit & usq; sophos:
Hinc uerus patefactus amor: populicq; uolentis
Obsequiū: & lætam mentem animūq; tenent.
Quare uos omnes: quibus expectatio maior
Profuit: unanimes congeminate iocos.
Non absint plausus non hęc in luce choreę.
Ista dies cantus fundat & alma sonos.
Nō tuba: nō cytherę crotola & nō tīpana desint
Nec lassio saltet tota corona pede.
Splendeat urbs facibus: uincāt incēdia noctem
Ignes fulminibus sydera tum feriant.
Det uaticanus ludos: adrianaq; moles:
Plaudat Auentinus Ianiculusq; simul.
Et laterauenses flammę cumulentur in ædes
Cælius exultet: transtyberim & regio.
Conseruatores urbis: iubiletq; senator:
Prodite læticiam Cardineiq; uiri.

2A

Vrite nunc fascēs: uegetes: funalia: tedas
Annua pontifici concelebrate sacra.
Ante domos uestras Iubilātia pādite corda.
Laudeq; pontificis digna referte sacri
Cui nec fama nitens: nec laus: nec gloria deerit.
Cuius diuinum splendet ubiq; decus
Cuius & imperium fœlix per sæcula duret:
Assidue cuius numine dona fluunt
Vt tamen exultās inter tot gaudia dicar
Ostendunt aīuz curamina læta meum
Quæ non culta licet: uultu tibi candidus ædo:
Obsequio ut Iulī debita digna feram.
Non ignoro quīdem tanta ad præconia nūc me
Illepidum fieri: & posse referre minus.
Quippe foret stultus quisq; temerarius: audax
Diuinās laudes promere uelle tuas.
Auderet nō ipse Maro: nō magnus Homerus.
Ingenio deesset Naso poeta suo.
Ergo quid attulerim rauco nūc carmine quid ue
Exili potuit scribere musa lyta?
Indignos homines: humilesq; audite precantes.
Sæpe solet summa sed pietate deus
Tu diue & clemens non aspernabere uerba:
Quæ tribui: ut potui qualiacunq; tibi.
Vt mea Calliope dictauit pectore puro:
Hos hylari uultu suscipe diue modos.
Aspirent superi Iulī: & tua uota secudent:
Et fœlix uiuas tempus in omne pater.
Impressū Romæ. M. CCCC. VIII.